Zabawski & Krolewski Jenetz

lewski Creditori suo eiusque successoribus inscribit et obligat praesentem
hinc per diem et festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et
immediate sequentem, dare, solvere, et coram officio Actorum praesentium
Castrensi Premisliensi, vel aliter et in effectu reponere, et relinquere re-
positamque et relictam versus ab eodem officio non effidere, vel
nec arestare, vel quovis alio modo impugnare, Idque sub vadio simi-
lis summae Quatuor Millium florenorum polonicorum per eundem recognoscentem
aut eius successores praefato Creditori suo eiusque successoribus, ob non solutio-
nem summae praefatae principalis pro tempore et loco supra expressis
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praesentis
ad solvendum succumbendo, ac pro summa ipsa principali non solu-
ta solvenda Cittus existens Memoratus recognoscens Ennoblis
Sigismundus Zabawski, aut eius successores, ad instantiam praefati
Ennobilis Hieronimi Krolewski Creditoris sui vel eius ponentis, ad of-
ficium praesens Castrensi Capitaneatus Premisliensis. Extunc recessu supra
praescripto quo ad vadium spectat mediante semper in primo Cittationis
tanquam peremptorio, stare, iuri parere, vadium praefatum
luere, Inscriptionem huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et
tenebitur, Quaeque ac suos successores ad eadem omnia obligat, Illum
Terminum primum peremptorium, et alios omnes consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate
maiori, successione minoretur, legione intra vel extra regnum servi-
tio Militari, ad Mantam ad Evictorem vel alios quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem
Ultra praescriptos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dillatio-
nem sibi non recipiendo. Nullasque Motiones, appellationes
earumque prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis
pluribus, vel Triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus
Iuris praeterea Ternestri, bello Conventionesque cum aliis omnibus
Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec evadendo.
Hac sua praesenti personali Inscriptione ad praemissa omnia mediante

Sarnicki Dapifero Terrae Sanocen. Debet.

Comparens personaliter coram officio Actorum praesentium Castrensis
Capitaneatus Premisliensis Ennobilis Christophorus Sarnicki, Sanus
mente et corpore existens, recedendo a tenore Difficultatibus Iuri-
bus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus Prae-
senti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni, secum successori-
bus bonisque suis quibusvis omnibus quoad actum praesentem attinet totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo, palam publice ac per ex-
pressum recognovit. Quia ipse Ennobilis Sigismundo de Plesso vice Ter-
rae Dapifero Terrae Sanocen. eiusque Terris summam Mille Ducentorum
florenorum polonicorum certi veri, iusti, et liquidi debiti tenetur atque debet. Quam
quidem summam Mille Ducentorum florenorum polonicorum idem regnum se ac suos
successores super bonis suis quibusvis summisque pecuniarijs quibusvis
habitis et habendis praenotato Ennobilis Dapifero Terrae Sanocen. eiusque suc-
cessoribus inscribit et obligat praesentem hinc ab actu praesenti pro Dominica
Ramis Palmarum Quadragesimae in anno praesenti proxime ventura, re-
aliter et in effectu reponere et relinquere, repositamque et relictam
versus ab eodem officio non effidere, nec arestare vel quovis alio
modo impugnare, Idque sub vadio similis summae Mille Ducentorum
florenorum polonicorum per eundem regnum aut eius successores praefato Creditori
suo eiusque successoribus ob non solutionem summae praefatae principalis
pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo
quidem vadio modo praemisso ad solvendum suum, ac pro summa ipsa
principali non soluta solvenda Cittus existens Memoratus Recogno-
scens Ennobilis Christophorus Sarnicki, aut eius successores ad in-
stantiam praefati Ennobilis Dapiferi Terrae Sanocen. Creditoris sui vel eius
Ponentis ad officium praesens Castrensis Capitaneatus Premisliensis. Extunc recessu
supra scripto quo ad vadium spectat mediante semper in primo Cittationis
Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, vadium praefatum
luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et te-
nebitur